



**Miracula Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caout, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Puerulus mortuus antequam natus vita & baptismali gratia admodum miraculosè donatur, Seruiam piè delatus, & ad B. virginis altare depositus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

exhiberet, clauda licet, venit Seruiam pedes
Calendis Iuuij subsequentis, & gloriosæ Vir-
gini Dei Matri omni cum humilitate gratias
egit.

PVERVLVS MORTVVS ANTE-
quam natus vita & baptismali gratia admo-
dum miraculosè donatur, Seruiam piè
delatus, & ad B. virginis
altare depositus.

CAPVT LXIII.

ANno 1602. Decembris die II. filius Ni-
colai à Planca mortuus antequam na-
tus, Atho Seruiam delatus est: quem propter
vrinæ emissionem Dominus Pastor (qui hoc
in negotio nihil præcipitanter agere confue-
uit, sed talia in mensura & pondere discretio-
nis debitæ nouit metiri) ausus non fuit baptis-
mi lauachro abluere: imò ne quidem ad id
præstandum hoc motiuo potuit adduci, quod
videlicet infans à plurimis visus fuisset appo-
suisse manum ad latus, in quo cordis sedes est,
veritus ne eiusmodi motus procederet à sei-
pso. Verum quando tena vice vidit eum ada-
perientem os suum, subito eundem baptisa-
uit, dato rei sic transactæ fidei testimonio.
Dicitus autè Planquiuis à me interrogatus su-
per quibusdam huiusce miraculi particulari-
bus circumstantijs, respondit vxorem suam,

impregnata cum esset, infantulum deuotè
 Gloriosæ Virgini, cuius honor & gloria
 uix deuotè recolitur; idque cum voto
 regnandi prima data opportunitate, sua
 scilicet atque debitum puerperij terminum
 compleuisset. Eundem autem cum ipsa
 set sine sensu, sine motu, vitæ scilicet
 cio destitutum ac baptismi gratia priuatum
 gembundo spiritu lacrimabilique uocem
 uocare cepit miserorum aduocatam, mater
 rum inquam, filiorum Adam: eius pietatem
 & misericordiam implorans, simulque
 nis ibi tum præsentibus obnixè petens, vt
 la interposita mora, Seruam deportaretur.
 audito pater & quædam eiusdem commissa
 pia cum resignatione & firma in Deum
 infantem acceperunt frigidum, pallidum
 omninò emortuū, eumq; sectū detulit
 rùm simulatq; Seruam con finia attigete,
 tibi calorem natium demonstrat ac color
 rubicundum; & in vitæ maius argumentum
 paruulum eius cor intra pectus suum reco
 ditum euidenter palpitare cepit, exinde
 puerulus ad altare depositus, manifesta
 præ dictum est (præbuit vitæ indicia, præ
 te magna hominum turba. Votis peractis
 precibus, Athumque illis remeantibus, in
 in pallorem conuersus est: Vbi verò Serua
 sis ditionis limites egressi fuere, idem puer
 lus benedictam exhalauit animam. Mater

hæc prodigiosa & verè miraculosa nuncia
aure non surda subintelligens, omni cum hu-
militate, in gratiarum actionem, Dei & Virgi-
nis matris laudes & præconia pie decantauit;
dieque subsequenti eadem ipsa hora, qua eū-
dem in hanc lucem ediderat, discessit è vita.
Est autem homo iste Athi perquàm optimè
notus, labore manuum suarum quæritans vi-
ctum, & in sudore vultus sui vescēs pane suo,
trina prole grauatus, quam ex vxore sua de-
functa suscepit.

*Subsignatus testes me presente facto fuisse penè
singula, quæ hic digeruntur ab anno 1576. & ve-
ritate niti priora autem ex regeſto, quod asseruatur
penes famulam sacelli fideliter excepta. In quorum
robore addidi nomen meum & signum manuale die
31. Octobris 1603.*

Ita est Ioannes Bouchy
pastor Seruiensis oppidi,
ac Theologiæ Licen-
tius.

LIBER